

Monseigneur

259

N^o 44

Tandem post varias difficultates, hesternâ die residuum summae termini Festi Purificationis B. Mariae mihi assignatae, exsolutum est, atq; quietationem desuper ac si illa summa die 2. Februarij soluta esset, Consiliano Schüller dare debui, qui dicit expressam ea propter habere se mandatum à Generale Wackerbart ut taliter et non alio modo in ea data poneretur, cum tamen pecuniae eo tempore solutae non sint, idemq; Schüller meâ requisitione atq; suspicionem complicitatis aut conniventiae cum Magistratu evaderet, dedit attestatum, quomodo et quibus in sortibus ea numeratae, cujus et quietationis meae copiam hic annecto, patebitq; exindē Armâ vestrae Excellentiae, quomodo ubiq; non tantum damna patior, verum etiam ad subscribendam quietationem meae cogere quae tamen in veritate non consistit testante id supra memorata Consiliani Schüller attestazione,

et quoniam etiam terminus Festi S. Joannis jam
 appropinquat, hujus ratione perscriptas meas jam ad
 Illm^m Gr^m Excell^m: petitiones h^{ic}ce denuo repeti
 ac prevalide commendo promotioni, quam etiam
 propter Legionem Draganicam Saxoniam et Pede
 stem Poloniam quarum saepe obveniunt vacantia
 ut modo S. R. Mtis expropter ad Illm^m Supremum
 Regni Besavianum scriberet mandatum mihi danda
 aut si competit ad Supremum Exercituum Regni
 cem, avidissime expecto resolutionem. Ego hic qu
 diu adhuc subsistam post acceptam supradictam
 pecuniam, non scio et quando, durantibus ejusmodi
 conjuncturis, in Curlandiam me conferam, ubi Mosci
 non solum exigunt contributiones accordatas, sed jam
 etiam de novo aliquot Companias ibidem locare volunt
 ac totum Regimen illud sequetur quam diu autem
 permanebit brevi audiemus, atq; sic Ducatus tot

liter ruinabuntur, si S. R. Majestas Dominos Noster
 Clementissimus ex remonstrationibus Illm^e Vestrae
 Excell^e pro liberatione eorundem et cessatione
 contributionum, ad S. Caecam Mt^m quod humil-
 limè denuo rogo: siquidem ad meas exaratas literas
 Caarea adhuc deest mihi responsio, non scripserit
 aut in absentia S. R. Mtis, aliqui Senatores quibus id con-
 veniret, illud remonstraverint. Cum termino appropinquant,
 le Festi S. Joannis, quomodo S. R. Mtis pro parte mea
 disponet, interea expectare adhuc necesse judico et viden-
 dum est, quid Mosci tandem ratione Curlandiae sint factu-
 ri, ex quo huius circumferuntur rumores. Ceterum Illm^e
 Gr^m Excell^e optimam valetudinem cunctaq; prospera
 animitas appetor ac indesinenter maneo,

Monseigneur

de Votre Excellence
 le tres-humble tres
 oblige serviteur
 Ferdinand Duc de
 Curland.

Gedani die 15. Aprilis.
 1711.

Dua Curlandia 9. 15 Apr
1711

262.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint handwriting at the bottom of the page, possibly a signature or date.]